Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



135

per tres integros annos vix modicum ambulare potuit Et dum ipse puer diuersis medelis et herbis apponit remedium non potuit ipse testis eundem puerum de Anno Quinquagesimo primo circa festum corpis xpi de mense Junij cum voto et offertorio trium denariorum ad tumbam beati Leopoldi deuouit Ipsoque puero circa dictum festum corporis xpi per testem vnacum parentibus in pehenkirchen qui tumbam beati Leopoldi peregre visitarunt apportuto et offertorium per puerum porrecto ipse puer ad statim convaluit et sanus quum antea egrotuit ad domum redijt et vix octo diebus elapsis in toto sanatus est ita quod nulla in eo apparuit prout nec hodie aperitur et difformitas apparet Addiciens quod dum puer infatus ad domum pueruisset sed statim ad alios pueros conferendo eisdem retulerit et dixit esse quomodo beatus Leopoldus et pius et largus hazethio me sanauit Credens ipse testis fecisse premissam gratiam ex merito beati Leopoldi attendisse Interrogatus ex quibus verbis interposit respondit quod ex misericordia et merito beati Leopoldi quia quod non sit possibile quod dictus eius puer aliqua arte vel vi verborum sed solum ex merito beati Leopoldi sanatus existat

Super vicesimo articulo incipiens item quod eiusmodi miracula ut examinatus testis credit articulum fore quia in eo sit augmentata deuocio et perpetue porrigere preces ad beatum Leopoldum velut etiam deuocio populi augmentata sit quia cum reliquias peregre ex ea causa sepulchrum et tumbam beati Leopoldi visitent et frequentent

Super vicesimo primo articulo incipiens item quod talia miracula fuerunt ut examinatus testis credit articulum fore verum causam sciencie reddit quia in eo puero verificatus sit et existat

Super vicesimo secundo articulo incipiens item quod omnia miracula ut examinatus testis respondit articulum fore verum causam reddit prout supra in vicesimo primo articulo

Super vicesimo tertio articulo incipiens item quod quotidie adhuc ut examinatus testis dixit articulum fore verum causam reddit quia ita publice hodie fiunt et ex ea causa peregrinacio huc ad oppidum Nouumburgum fiant

Super vicesimo quarto articulo incipiens item quod de predictis omnibus ut examinatus testis concedit fiunt nunc in vicinatu ubi ipse nouam habeat publice ortum

Et finit testimonium prout est moris

Sed Veneris vicesima quinta mensis Junij presentatus vir Stephanus cum uxore de Tettendorff Lanaris vxoratus Patriarchatus diocesis etatis circa duaginta annorum vel ita tactus infratus medio eius lumbarum

144 17k